replet animam omni sollicitudine ti-
midam. ne forte deficiat a gratia.
Et quidem omnibus timor domini sicut
aqua extinguit ignem. sic extin-
guit peccati concupiscentiam. sed
is maxime cum ad omnem tempta-
tionem statim occurrat. ne forte con-
tingat amittere gratiam. ut sibi de-
relictus homo labatur cotidie de
malo in peius. de parvo mino-
ri in maiorem culpam. quales uti-
que multos videmus cum in sordibus
sint sordescentes adhuc. Nam
adversus timorem istum non est un-
de blandiatur anima. sive de minori
forte quantitate peccati. sive de emen-
datione futura. Talibus enim bla-
dimentis impediunt aliquotiens
duo prima genera timoris. Pre-
nota cepit quoque dominus. ut hac aqua y-
drias impleamus. Sunt enim
aliquando vacue et plene vento.
si quis tamen adeo infrangere ut in
eo pro vanitatis studium ille quas
prediximus observantie merito
de pretiva vacuetur. ut sunt
fatue virgines. in quarum vasis
oleum non habetur. Sunt dum autem
quod peius est plene quidem sunt.
sed plene veneno. quod est
invidia. murmur. rancor ani-
mi et detractio. Propterea ne
forte subintrent ista dum vinum dee-
rit, necesse est implere ydrias aqua.
ut observentur mandata domini in
timore. Que tunc mutatur in
vinum. cum timor expellitur a
caritate. et implentur omnia
fervore spiritus et iocunda devotione.

Sermo de conversione sancti pauli
et quid ex eo nobis dominus contulit

Mira quidem dilectissi-
mi conversio docto-
ris gentium. ab uni-
versitate gentium festivis hodie
gaudiis celebratur. multos enim
ab hac radice ramos prodisse
videmus. Conversus paulus:
conversionis minister factus est in uni-
verso mundo. Et multos quidem
olim in carne adhuc. sed non
secundum carnem ambulans. predica-
tionis officio convertit ad dominum.
Sic itaque in ipso febrius vivens
et apud ipsum nunc non adhuc quidem
cessat ab hominum conversione:
dico autem exemplo oratione doc-
trina. Propterea denique conversio-
nis eius memoria frequentatur: quia
et ipsa memorantibus utilis in-
venitur. In hac enim memoria
et peccator spem venie concipit.
ut provocetur ad penitentiam. et qui
iam penitet perfecte conversi-
onis accipit formam. Quis des-
peret utcumque pro magnitudine
cuiuslibet criminis: cum quidem
saulum audiat adhuc spirantem
minarum et cedis in discipulos
domini. subito factum vas electionis?
Quis dicat iam iniquitatis
pondere pressus. assurgere ad
studia meliora non valeo:
cum in ipso itinere quo sangui-
nem sitiens christianum. dum non-
dum toto pectore virus efflabat perse-
cutor crudelissimus. in fidelis-
simum repente mutatus est pre-
dicatorem. Magnifice siquidem
in hac una conversione. et
misericordie magnitudo. et efficacia
gratie commendatur. Subito autem
luminis circumfulsit eum lux de ce-
lo. O vere inestimabilis divine
dignatio pietatis. Illustrat
celesti fulgore vel exterioribus in-
terius adhuc luminis incapacem.

Qui necdum infundi poterat:
divina saltem circumfunditur clari
tate. Et vox facta est. Lucis et
vocis testimonia credibilia fac
ta sunt nimis: nec dubitare
est de veritate. que sese inge
rit per utrumque oculorum scilicet
aurium fenestras. Sic nimirum
sicut in iordane quoque super caput
domini et columba apparuit. et vox
sonuit: sic et in monte cum transfi
guratus est coram discipulis cla
ritas visa est: et vox insuper illo
minus prius audita. Saule sau
le quid me persequeris? Vere
deprehensus est saulus: non
est dissimulandi locus: non est
facultas ulla negandi. In ma
nibus sunt epistole crudelis
sime legationis: auctoritatis
exercende potestas inique. Quid
me persequeris inquit. Annon
persequebatur christum: qui christi me
bra trucidabat in terris?
Aut non persecuti sunt christum.
qui sacratissimum illud corpus
crucis affigere patibulo? et
non persequebatur eum. qui adhuc
suis corpus eius. quod est ecclesia.
est enim corpus eius ecclesia ipsa.
odio furebat iniquo. Denique
si pretium sanguinem dedit in
pretium animarum: non tibi videtur
graviorem ab eo sustinere persecu
tionem. qui suggestione malig
na. exemplo pernicioso. scan
dali occasione. avertit ab eo
animas quas redemit: quam
a iudeo qui sanguinem illum
fudit. Agno satis dilec
tissimo et expavescite con
sortia eorum: qui salutem impe
diunt animarum. Horrendum

penitus sacrilegium: quod et ipsorum
videtur excedere facinus. qui domino
maiestatis sacrilegas manus
iniecerunt. Videbatur iam ces
sasse persecutionis tempus: sed
ut palam factum est. nunquam deest perse
cutio christiano: sed neque christo.
Et nunc quod gravius est christum perse
quuntur: qui ab eo utique christiani
dicuntur. Amici tui deus et proxi
mi adversum te appropinquaverunt
et steterunt. Coniurasse videtur
contra te universitas populi christiani:
a minimo usque ad maximum: a
planta pedis usque ad verticem
non est sanitas ulla. Egressa est
iniquitas a senioribus iudicibus
vicariis tuis: qui videntur regere
populum tuum. Non est iam dicere ut
populus sic sacerdos: quia nec sic
populus ut sacerdos. Heu heu do
mine deus. quia ipsi sunt in perse
cutione tua primi: qui videntur
in ecclesia tua primatum diligere: ge
rere principatum. Arcem syon oc
cupaverunt: apprehenderunt
munitiones: et universam dein
ceps libere et potestative tradunt
incendio civitatem. Misera eorum
conversatio: plebis tue misera
bilis subversio est. Atque utinam
sola hac parte nocerent: et
forte quis diligentia premonitus et
premunitus exhortatione ~~daret~~
daret operam. ipsorum non exem
pla imitari: sed observare
precepta. Nunc autem data sunt
sacri gradus in occasionem
turpis lucri: et questum estimant
pietatem. Copiosissime siquidem
~~inveniunt~~ pietatis inveniunt
in suscipienda immo accipienda
cura animarum: sed hec apud eos

curam minor. et de animarum salute
novissima cogitacio est. At vero
salvatori animarum gravior ulla
poterit esse persecucio. Tamen
agunt et ceteri contra Christum: mul-
tique sunt nostris temporibus accepti. Me-
rito tamen et crudeliorem eam fe-
cit persecucionem. quod acceptis bene-
ficiis: et graviorem sentit ex
parte quam ipse sustinet a mi-
nistris: licet aliquos multi
contempnere proximorum salutem. multi
pharie multisque modis. et va-
riis occasionibus agere videantur.
Hec videt Christus et silet: hec
salvator patitur et dissimulat.
Itaque quoque et nos dissimulemus
nunc est: et sileamus interim: max-
imeque de prelatis nostris magistris
ecclesiarum. Dic minimum. Si te pla-
cet et ipsis ut evadat nunc huma-
na iudicia: veniet semel
quando iudicium hiis qui preerunt:
et potenter patientur tormenta
potentes. Vereor dilec-
tissimi ne quis forte sit et in
nobis domini persecutor: quia mani-
festa docuit racio. impedire
salutem. esse persequi salvatorem.
Quas ego de salute anime mee
fratri illi gracias agere possum: qui
michi apponat detractionibus sine
venenum. Merito detractores
deo odibiles describuntur. tamquam
persecutores. Quid et is qui exem-
plo suo ad remissius agendum
ceteros provocat: aut singula-
ritate turbat. aut inquietat
curiositate. aut impaciencia sua.
et murmuracione molestat: aut
quocumque modo contristat spiritum
dei qui in eis est. scandalizans
unum de minimis istis credentibus

in eum: nonne et hic manifeste per-
sequitur Christum: Ut ergo persecutorum
et nomen et crimen sit semper pro-
cul a nobis: obsecro vos dilec-
tissimi benignos semper et mites
exhibeamus nos invicem. suppor-
tantes in omni paciencia: et ad id
quod melius et perfectius est alteru-
trum provocantes. Quis enim ser-
vus sufficere sibi putat non perse-
qui dominum: sed nec obsequi domino.
Quam habiturus est graciam: si ut non
resistat. sed nec assistat quidem:
Denique si quis adeo pusillani-
mis est ut satis sibi reputet
nec persecutorem esse nec coadiuto-
rem dei: audiat quid ipse loquitur.
Qui non est mecum contra me est:
et qui non colligit mecum dispergit.
Saule Saule: quid me persequeris.
Et ille. Quis es domine: Hinc pro-
fecto datur intelligi: quia vere cir-
cumfusa illi erat claritas. non
infusa. Audiebat paulus domini
vocem. sed faciem domini non videbat:
quoniam erudiebatur ad fidem: et
ut ipse postea docuit. fides
ex auditu. Quis es inquit
Ignotum enim persequebatur: et id-
eo consecutus est misericordiam: quia
ignorans in incredulitate hoc
fecit. Discite ex hoc fratres in suo
iudicare deum non modo quid fiat sed
et quo animo fiat considerare: et
cavete deinceps: ne quis parva
reputet quelibet parva facienter
delinquere consuevit. Nemo di-
cat in corde suo. levia sunt ista
non curo corrigere: non est mag-
num si in hiis maneam venali-
bus minimisque peccatis. Hec est
enim dilectissimi impenitencia:
hec blasphemia in spiritum sanctum:

blaſphemia irremiſſibilis. Paulꝰ
quidẽ blaſphemꝰ fuit. ſed non
in ſpm̃ ſcm̃: qꝛ ignorans fecit in
incredulitate. Non in ſpm̃ ſcm̃
dixit blaſphemiã: et ideo con-
ſecutus ẽ miam. Quis es dñe.
Et dñs ad eũ. Ego ſum iheſus
nazarenꝰ quẽ tu pſequeris: ego
ſaluator quem pſequẽdo peris.
Ego ſum de quo in lege tua le-
gis pdem. qđ neſcis impletũ: qꝛ
nazarenꝰ vocabit. Et ille. Dñe
quid me vis facẽ. Hec plane
fr̃s pfce conuerſionis eſt fo᷑.
Paratũ inquit cor meũ deus
patũ cor meũ. Paratus ſũ et
non ſum turbatus: ut cuſtodiã
mandata tua. Dñe: quid me
vis facẽ. O vbũ breue: ſed
plenũ deuocõe. ſed viuũ. ſed
efficax. ſed dignũ om̃ accepti-
one. Q̃m pauci inueniũt in
hac pfce obediẽcie forma: q
ſuã ita abiecerũt volũtatẽ. ut
ne ipm̃ quidẽ cor ꝓpriũ habeãt:
ut nõ qđ ipi. ſed qđ dñs velit
om̃ hora requirãt: dicẽtes ſn̄
intmiſſiõe. Dñe: quid me vis
facẽ. Et illud ſamuelis. loquẽ dñe:
qꝛ audit ſeruus tuus. Sed heu
plures hẽmꝰ ewãgelici illius
ceci. q̃m noui apli imitatores.
Quid vis ait dñs ad cecũ illũ.
ut faciã tibi. Q̃ñta ẽ mia tua
dñe: q̃nta ẽ dignacõ tua. Di-
cinie dñs ſeruũ querit ut eius
faciat volũtatẽ. Vẽ cecus.
qꝛ nõ cõſiderauit. nõ expauit:
ideo nõ exclamauit. Abſit hoc
dñe: tu magis dic. quid me
facẽ velis. Sic em̃ decet: ſic
om̃o dignũ eſt: nõ meã a te.
ſed a me tuã queri et fieri

volũtatẽ. Videte fr̃s: quia
vẽ nãa erat hoc in loco cõuerſio.
Hic pfecto ſic multorũ uſqꝫ ho-
die puſillanimitas et pueri-
tas exigit. ut ab eis queri opor-
teat: quid vis ut faciã tibi: nõ
ipi querãt. Dñe quid me vis
facẽ. Conſideãre nãe habꝫ in
miſer- et vicarius xpi. quid
ſibi pcipi velint: nõ ipi con-
ſiderãt q ſit volũtas pcepto-
ris. Non ẽ eorũ obediẽcia plẽ:
nõ in omibꝫ pati ſunt obſeq:
nõ pomia ſequi ꝓpoſuerũt eũ
qui nõ ſuã. ſed patris venit
facẽ volũtatẽ. Diſcernũt et
diiudicant eligẽtes in quibus
obediãt impãnti: ymo in qbꝫ
pceptore ſuũ ꝓpriũ obedire
hãc ſit volũtati. Huiuſmoi
itaqꝫ et ſi tolẽari ſe videat.
ac condeſcendi. ac morẽ geri
infirmitatis ſue: proficiant
obſecro. pudeatqꝫ ſemꝑ puu-
los inueniri: ne qñ forte au-
diant. quid ult᷑ debui uobis
facẽ et nõ feci. et abutẽtibꝫ
paciã et benignitate plati.
fiat tandẽ multitudo exhibi-
te miſeracõis. cumulꝰ iuſte
dapnacõis. Dñe: qđ me
vis facẽ. At dñs ad illũ. Sur-
ge et ingredẽ ciuitatẽ: ibi di-
cet tibi quid te oporteat fa-
cẽ. O ſapiã: ſuauit vẽ omnĩ
ſã diſponẽs. Cui tu loqueris.
erudiendũ de volũtate tua mit-
tis ad hoĩem: ut ſocialis uite
cõmẽdet utilitas: et edoctus
ꝑ hoĩez. diſcat et ipe ſcdm̃ da-
tã ſibi gr̃am hoĩbꝫ ſubuenire.
Ingredẽ ciuitatẽ. Videte
fr̃s: nõ ſine diuo cõſilio ſcm̃

ee: ut hanc civitate dni virtutu
ingrederem divina dispone voluntate.
Plane qui te salubrat terruit et
convertit cor tuu ad desiderandu
voluntate sua: ipse tibi dixit: sur
ge et ingrede civitate. Sed au
di qm manifeste in hijs que se
quuntur voluntaria simplicitas.
et xpiana comendet mansue
tudo. Apertis oculis nichil vi
debat: ad manus aut trahe
bat ab hijs qui comitabat eu.
Felix cecitas est: qua male
quodam illuiati in pvaricatione.
tande in conversione oculi sa
lubriter excecantur. Hanc per tri
duo paulus sine cibo manet.
persistens in oratione: ad eos max
ime ptinet. qui noviter seculo
abrenunciantes. necdum in celesti
consolatione respirant. Susti
neant ergo et ipi dnm in omni
paciencia: orent sine intermissio
ne: querentes. petentes. pul
santes. qr exaudiet eos pr
celestis in tpe oportuno. Non
obliviscet in finem: veniet
et non tardabit. Si triduo
sustinueris cu no habens quod
manduces: confide qr mise
ricors et miserator dns le
iuniu te no dimittet. Exinde
iubet ananyas manus impone
pauloz sed tamqm bn eruditus
no continuo acquiescit. Vide
si non eandem paulus ipe doctrinam
hanc deinde tradidit discipulo:
neminem inquiens cito manus im
posueris. Vidit ait dns viru
introeunte. et imponente sibi ma
nus: ut visu recipiat. Fres
paulus hoc cu vidisset: non
continuo illuiatus e. Nunqm no

exspectavit ananye manum qr
venturu eu forte in sompnis pre
vidit. Hec dico. qr vereor ne
quis forte sit inter vos q solo
sese sompno presumat illu
minatu ee: nec iam eciam mi
nistrari ad manu trahi: sed ducto
sese pfiteat alienu. Cui n.
du amministracionis cura inunc
ta est. cui necdum credita dis
pensacio. cui necdum prephi
est. ut videat et pvideat
hijs qui apertos oculos hntes
nichil vident: quis hoc p
sume temptat. nisi qui me
ditat mania. et qui sompnia
vana sectat. Caveamus ab
hoc vicio fres semp quod i no
bis est abiecti eligamus ee.
et ad manus trahi: mansuetudi
ne et humilitate discentes a
xpo dno: cui e honor et gla
in secula seculoz. Amen. Smo
secundus de conversione sci pauli et
eius mansuetudine

Conversus est hodie
paulus: ymo sau
lus conversus est
in paulu. Deinde
factus e tamqm ewa
gelicus ille pvulus: de quo
dns ait. Nisi conversi fueritis et
efficiamini sicut pvulus iste: no
intrabitis in regnu ~~in regnu~~
celoru. Forte eni sermo dice
bat. Nimirum ipe magnus dns
et laudabilis nimis: ipse p
vulus qui datus est nobis.
Nec tamen magnus interim.
sed pvulus exhibet: ut se
ipm faciat gratu et efficiat
necessarie pvitatis exemplu.